

1231.

Fernando Rodríguez, gran comendador de la orden del Hospital, de acuerdo con los comendadores de las casas gallegas, da a Lupo Alfonso once casares del Hospital en tierra de Lemos por tiempo de su vida; a cambio, éste dona al Hospital, a su muerte, otros cinco casares.

Carta partida por A.B.C.

/ A B C D E F G H I K L M N O /

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod / nos, frater Fernandus Roderici, magnus comendator domorum Hospi/ / talium in V regnos Yspanie, una cum consilio frater Pe/ / trus Roderici, comendatoris Onicii, et frater Alfonsus Lupi, co/ / mendatoris de Portomarin, et frater Rodericus Petri, comenda/ / toris de Queiroga, et frater Velascus Fernandi, comendatoris de Ripa/ / dauia, et frater Alfonsus Petri, dictus Farina, de Portugalia, et / frater Fernandus Fernandi, et aliorum fratrem nostrorum qui nobiscum erant; / damus uobis, Lupo Alfonsi, V casalia nostra, quos teneatis / in uita uestra in prestimonio de Hospitale, et alios VI ca/ / sales inplazamus uobiscum; uidelicet, sunt de ipsa casalia / II in Sancte Crucis, et II in Linares, sub signo Sancti Saluatoris / et I in Uillaodríz, sub signo Sancti Stephani de Refoio, et I / in Paderne, qui uocatur Fontem, sub signo Sancti Romani, et / III in Marrue, sub signo Sancte Marie, et I in Uillareme, sub / signo Sancti Saturnini, et I in Sancte Marine de Barra, sub / signo Sancti Martini de Reuordanos. Damus uobis ut tenea/ / tis eos in uita uestra. Et ego, iam dictus Lupus Alfonsi, per hoc / amore et donacione quod recipio de Hospitale monstro / et do ad mortem meam V casalia mea cum pertinenciis / et directuris suis; uidelicet, unum in Ribas, sub signo / Sancti Iacobi, et I in Uilarino, sub signo Sancti Stephani de / Refoio, et I in Sixan, sub signo Sancti Petri de Canaual, et I / in Martur, sub signo Sancti Martini de Arroio; et I in / Abritionia, sub signo Sancti Martini de Anllo. Videlicet / nos, iam dictos fratribus Hospitali, concedimus uobis iam dicto / Lupo Alfonsi, tam de Hospitale quam uestra ipsa dicta casalia / cum pertinenciis et directuris suis omnibus diebus uite uestre. / Post mortem uestram remaneat in pace ad Hospitalem. / Si forte aliquis ex uestraque parte hoc scriptum et pactum / uoluerit fregere, uel uoluerimus, pectet ad aliam par/ / tem quingentos morabitanos; carta uero suo robore perma/ / neat.

Facta carta era M^a CC^a LXXXVIII^a. Tempore re/ / gis domni Ferdinandi; episcopo Lucensi domni Michaelis; tenente / Lemus dono Andrea.

Et ego, Domenicus, iuratus notarius Sauiniam, propria manu / sua scripsit, in presencia Fernandi Petri, iudex regis in Lemos, / et domnus Fernandus Fernandi, miles, et domnus Laurentius Fernandi, / miles, et Petrus Sancii, miles, et Fernandus Garsie, miles, et / Petrus Roderici, miles, et Rodericus Fernandi, miles, et Egidius / Fernandi, scutarius, et Fernandus Pelagii, maiorino domni Andree / et Gomecii Martini, miles; et Fernandus Martim, scutarius, et / alii qui uiderunt et audierunt et presentis fuerunt.